

Privilegium Casimiri regis Poloniae Caspa-
ro de Leszno datum, quo in bonis Stol-
sko, Stotowo, Sadowie, inscripsit quinguen-
tos florenos.

164

Casimirus Dei gratia rex Poloniae, magnus
Dux Lithuanie, Rusie, Prussiaeque domi-
nus et heres & Significamus tenore pre-
sentium, quibus expedit universis, presen-
tibus et futuris horum notitiam habita-
ris. Quomodo ad nostram maiestatis pre-
sentiam personaliter veniens venerabilis
et egregius Andreas de Opporvo iuris
utriusque doctor archidiaconus Gneznenis
et capitaneus Crusviciensis, sanus mente
et corpore non compulsus, nec coactus, de
liberatione matura prehabita, sponte et
libere factus est per expressum et reco-
gnovit. Quia generoso Caspar de Leszno
succamerario Calistienis genero suo oppidu
Stolsko, nec non villas Stotowo et Sado-
wie in terris Ciavias in districtu Cru-
sviciensi sitas in summa quingentorum
florenorum, veri et iusti debiti, consensu
nostro regio accedentes, quem presentibus
praestamus, inscripsit et obligavit inscribitque
et obligat tenore presentium mediante
cum omnibus et singulis eiusdem oppidi

et villarum prefatarum obventionibus et
utilitatibus, censibus, redditibus, stationi-
busque de ipso oppido et prefatis vil-
lis provenientes, agris, pratis, vine-
is, sylvis, borvis, mericis, garris, dume-
tis, quercetis, pinetis, hoc specialiter ex-
presso, quod prefatus Andreas de Opo-
raro pro se et suis successoribus legi-
timis liberam sciendum roborum et
lignorum pro castro Prusiciensi et inco-
lis ad prefatum castrum pertinentibus
habetit, et obtinebit, cum omnibusque
venationibus, aucupationibus, mellificiis, pro-
diis, arvis, ortis, agris, et earum decursi-
bus, fluminibus, torrentibus, rivis, rivulis, la-
cubus, stagnis, piscinis, piscatoriis, molen-
dinis, et eorum emolumentis, et generali-
ter cum omnibus dicti oppidi et villarum
usibus, quibuscumque vocitentur nomi-
nibus, dominioque et proprietate, prout
ipsum oppidum et villa prefata in
suis limitibus sunt distincta et limi-
tata, nil pro se nec pro suis successo-
ribus legitimis penitus reservando, per
ipsum Gaspar et suos legitimos successo-
res habendum, tenendum, utifruendum, pau-
siveque et quiete possidendum, tandem

671.

tam diu quouique sibi aut suis successo-
ribus per prefatum Andream aut suos
legitimos successores, memorata quingen-
torum florenorum summa plenarie fuerit
persoluta et ex toto, quibus persolutis
possessio saepe factorum oppidi Skolko et
villarum prefatarum, pleno iure ad ipsum
Andream seu suos successores legiti-
mos devolvetur et pertinebit. Introitus
vero in prefatum oppidum et villas
debet dari et realiter consignari eidem
Caspari succamerario per prefatum An-
dream de Oporow, pro festo sancti Jo-
hannis Baptiste proximo venturo subve-
dio mille florenorum, hoc specialiter
adiuncto, quod in prefata quingentorum
florenorum summa, idem Caspar memo-
rata oppidum et villas a festo Nativita-
tis Domini usque ad aliud festum se-
quens natiuitatis more obligatorio tene-
re debet. Harum quibus testimonio
literarum sigillum nostrum presentibus
est subappendum. Datum Cracovie feria
secunda proxima ante festum pentecostes
anno Domini millesimo quadringentesi-
mo septuagesimo primo.

Relatio venerabilis Alberti de Tychin
regni Poloniae vice cancellarii.

Ta kopia przepisana z oryginału pergaminowego
węgla amfibolowego roku Pańskiego ty-
sięcznego siedemsetnego osiemdziesiątego
piątego dnia dwudziestego piątego wie-
siedzią Lipca, przy którym znajdnie się
na zawieszce pergaminowej pieczęci jedna